

**A** Et magnitudinem tuam narrabo.] Græc. & vulg. Lat. legunt: Narrabunt. At Ebr. est, ספָרָגֵת: id est, Narrabo eam. Vers. 9.

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.] Hic versus in Ebræo non habetur: perspicuum est autem, desiderari illum. Fatetur Kimhi Ebræus, ignorare se quomodo factum sit, ut cum hic Psalmus ad ordinem & numerum literarum Aleph beth compositus sit, desideretur vers. inchoans à litera nun. Cum itaque & in Græc. & vulgata Latina, & in Arabica quoque versione id reperiatur, quod in Ebr. desideratur, visum est illud in nostra versione retinere: præsertim, cum vero simile sit ex initio huius versus, fuisse illum olim in textu Ebraico lectum ad hunc modum: נָכַן יְחִזּוֹת בְּכָל דְבָרֶיךָ וְחִסְדְךָ בְּכָל מְעֻשֶּׂיךָ: id est, Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & benignus in omnibus operibus suis. Vers. 14.

Etsatias quicquid vivit pro voluntate.] Ebr. est: וְמִשְׁבֵּעַ לְכָל חַיְשָׁנָה Græc. legunt: νοήσει πάντας πάντας οὐδείς: id est, Et imples omne animal benevolentia. Vulg. Lat. Et imples omne animal benedictione. Is pro οὐδείς legunt ὀνομαζεῖ. Hieron. Et imples omne animal refectione. Pagn. Ad voluntatem. Reliqua non admodum discrepant. Vers. 17.

Exaltabo te Deus meus rex.] Primis duobus versibus propositum suum p̄issimum Propheta exprimit, quo ad laudandum Dominum Deum suum propendebat ac ferebatur: ac simul præmonet, quid hoc sit Psalmus facturus. Amplificat autem rem eandem alijs atque alijs verbis. Summa est: Laudabo te Domine Deus rex perpetuò & indesinenter. Nihil aliud dicit, cum canit: Exaltabo te Deus meus rex; nec cum subiicit: Et benedic nomini tuo in seculum & semper. Idipsum repetit versu secundo, cum dicit: Per singulos dies benedic tibi, & laudabo nomen tuum in seculum & semper. Idem est benedicere Deo, & nomini eius, quod exaltare Deum, & nomen eius laudare. EXPLA-  
NATIO.  
Vers. 1. & 2.

Magnus Dominus, & laudatus plurimū.] Orditur hoc loco laudem & exaltationem Dei, quam initio Psalmi proposuit. Orditur autem ab immensa illius maiestate & gloria. Magnus, inquit, Dominus, & laudatus plurimū. Quod adjicet: Et magnitudinis eius nulla est peruestigatio: ad id facit, vt ad moneat, nec modū, nec finē esse diuinæ maiestatis, vt non ineptè habeat vulg. Lat. Et magnitudinis eius non est finis. Vers. 3.

Generatio ad generationem.] Ut maiestatein Dei laudibus extollat, conuertitur ad illius opera. Et primum id illis tribuit, quod per omnes omnium seculorum ætates perpetuam laudem mereantur. Sic intelligendum est, quod dicit: Generatio ad generationem laudat opera tua. Poteſt exponi ad hunc modum: Vniuersus ille seculorum & ætatum decursus celebrat opera tua: hoc est, celebrat te tanquam omnium ætatum ac generationum authorem & opificem. Vel, sicut David Kimhi exponit: Quælibet ætas præcedens ætati sequenti prædicat & commendat opera tua, quæ vidit & cognovit, vt ætas præcedens, & tamen nondum finita, sit senum, & subsequens iuuenum, adolescentium & ac puerorum. Quando igitur senes iuuenibus & adolescentibus ea opera Dei deprehendunt, quæ ipsi viderunt & cognoverunt, generatio generationi opera Dei commendat & laudat. Id verum est, quando maior ætas pietate est prædicta: secus verò, quando prorsus est corrupta & impia. Mihi itaque videtur, vel prior sensus, vel si non placet, ille saltem proprius ad mentem Prophetæ accedere, quo intelligimus, nullum esse tempus, nullum seculum, quod non singularia quædem opera Dei succedenti ætati consideranda offerat, etiam si usque adeò stupidi sint mortales omnes, vt nemo illa obliteruet. Vers. 4.

Et potentiam tuam indicant, inquit.] Exponit, quomodo singulæ ætates opera Dei laudent. Non laudent verbis, sed manifestis argumentis & indicijs, quibus omnes de potentia Dei consideranda ac celebranda admonent. Vers. 5.

Splendorem glorie potentie tuae.] Repetit propositum suum, & commemorat, quid in illo sibi occurrit. Saluo aliorum iudicio, videntur hi tres versus, 5. 6. & 7. hoc sensu positi. Si de potentie tua, ad modum gloriosæ, splendore, & mirabilibus tuis factis commentari, ac magnitudinem tuam enarrare voluero, quid illa spirant? imo quid eructant aliud, quam multæ tuæ bonitatis memoriam? imo quodammodo de iustitia tua vocalissimè cantant. Vers. 6. & 7.

Videtur autem huic sensui obstare, quod versu 6. non habetur: Et robur terribilium factorum tuorum loquar: sed, loquuntur. Verum id incommodi tolli potest, si legatur ad hunc modum: Et verba mirabilium tuorum commentabor (quæ robur terribilium tuorum factorum) loquuntur) ut vau loco נָכַן: id est, quæ vel certè ociosè sit posita: vel, si quod in Ebræo est, ספָרָגֵת: id est, Narrabo eam, in tertia persona cū Græc. & vulg. Lat. sic legatur: Et magnitudinem tuam narrant, erit hic sensus: Vbi de splendore glorie potentie tuae, & de verbis mirabilium tuorum commentor, loquuntur illa & prædicant robur terribilium factorum tuorum, & quanta sit magnitudo tua narrant, eructant etiam multæ bonitatis tuae memoriam, & de iustitia: id est, probitate tua cantant. Vers. 8. & 9.

Clement & misericors Dominus, tardus ad irascendum, & magnificus benignitate.] Mutat personam. Ratio est, quod ista inducit tanquam operum ac mirabilium Dei narrationem & canticum, quo de eo palam canunt, quod sit clemens, misericors, tardus ad irascendum, magnificus benignitate, bonusque omnibus, & quod miserationes eius omnia eius opera excellant. Dixit: Memoriam multæ bonitatis tuae eructant, & de iustitia tua cantant. Quid illa de iustitia ac bonitate Dei cantent, duobus istis versibus 8. & 9. consequenter memorat, dicens: Clemens & misericors Dominus, &c. Vers. 10. II. & 12. & 13.

Celebranti te Domine omnia operata tua.] Adhuc immoratur celebrationi operum Dei. In genere illis tribuit, quod Dominum, tanquam ipsum opificem laudent. Omnia, inquit, opera tua sic sunt eximia & illustria, vt nullū sit ex illis, vnde non laus aliqua ad te redeat. Et qui benignitatis tuae sunt participes (אֲסִירֵי יְהוָה) homines p̄ij, tibi benedicunt: illorum videlicet non solum consideratione, sed & sensu mortui. Deinde subiicit, quomodo regnum Dei extollant. Gloriam, inquit, regni tui dicunt. Intellige opera Vers. 10. II. & 12. & 13.

VV 3 Domini;